



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes
Antiqvae Libri Dvo**

Suarès, Joseph Marie

Romae, 1655

De signis, sacrarijs, & alijs locis publicis. 20

urn:nbn:de:hbz:466:1-11894

Esquilina, & Labicana quoq. dicta a Plinio, a via quæ per eam exibat. Procopius Penestrinā seu Prænestinam ter appellat. Sed ab altera etiam via Labicana dicta fuit. nunc Maior dicitur. a Belisario ibi locatam credit Godleucus, quo tempore Vrbis muros a Gotthis disierunt. restituit: Maioremque dictam ab ædificij, castelli nempe Aquæ Claudiæ magnificantia, cui supposita est πύλη καλεμένη ποντικίν Romæ, in qua Bes-
sus custodias agebat. Gotthi certe Vrbem obse-
derunt a Porta Flaminia ad Prænestinam, quæ ibi ποντικίν vocatur. Ortelius miscet eam cum Aesqui-
lina, ut exarat. Loca deputata sylvestribus animali-
bus viuaria dicebantur, erantque in angulo Vrbis
in regione v. prope Portam Prænestinam, ut prodit
Procopius, ex eoque Cardinalis Baronius.

Procop. l. 1. Goth.In Thes. Geogr.Lib. 1. Goth.
Ad Martyrol. 16.
Ioan.

De Signis, Sacrarijs, & alijs locis publicis.

CAPVT XX.

VI N & statuæ Prænesti visebatur Trophimi,
Agilij, Munij, & Anonymi, qui muneribus
editis placuerant populo, vti superius ex In-
scriptionibus claruit. Erat & ludus gladiatorius, atque
spoliarium, vnde Theatrum ibidem extitisse reor.
Erant & signa, vt liquet ex his inscriptionibus.

SECVRIT. AVG.

SACRVM

DECVRION. POPVLVSQ.

Item.

PACI. AVG.

SACRVM

DECVRION. POPVLVSQ.

COLONIAE. PRAENESTITINÆ.

I 2 Erant

Erant & sacraria Penatum, & restantur id inscriptio-
nes. Quarum prima.

PENATIBVS. SACRARIVM
.... ANVS. PONT. MIN. PATRON.
T. REIQ. PVBLICAE. DO.....

Secunda inscriptio in Episcopio in ara mormorea.

T. MANLIVS
[seu MASCLIVS]
QVINTVS
SACRVM.

Quā Treuius in Miscellaneis refert, ut probet Quin-
tum cognomen esse.

Quin & ædes, quod ex illa liquet:

C. SAVFEIVS. C. F.
M. SAVFEIVS. L. F.
PONTENVS
AID. EX. S. C.

Nisi potius Adiles isti fuerint.
Et Porticus. en testimonium ex alia.

..... LA. POM.
TRIB. MIL. II. FIL.
DI. AVG. NERON.
PRAEFECTVS. TESTAM.
.. POMPEIA. MYMMI
..... VMMA. PORTICVM. AB.
..... RE. ALBARIO. ADIE CTA
..... OVINO. PASSV.

COLONIÆ. PRÆNESTINÆ
I. E. Eedes

De